

tatem vero omnium decimarum totius plebis quae vocatur in Barbarorum¹ sive cunctas res² mobiles et immobiles quae dici et nominari iuste possunt. Nec non * concedimus illis³ canonicis de omnibus suis hominibus per singula loca et territoria constitutis liberis et servis utriusque sexus per hanc nostri precepti⁴ vel concessionis paginam portaticum toloneum ripaticum paratam et obstaticum et absque aliqua publica functione quiete vivere sub hoc nostro regali precepto, ut deo sanctisque omnibus pro stabilitate nostri regiminis preces incessanter fundant. Optanter igitur iubemus, ut nullus archiepiscopus episcopus dux marchio⁵ comes vicecomes nullaque magna vel parva persona uniuscuiusque ordinis aut dignitatis in rebus et possessionibus canonicorum placitum tenere aut iniuriam residentibus super terras ipsorum facere presumat nec ipsos distringere aut molestare audeat nec pignum tollere aut flagellare presumat; sed liceat predictis canonicis suorumque successoribus omnibus rebus et possessionibus eorum omni tempore sub tuitionis nostrae munimine quiete, remota totius potestatis inquietudine, permanere. Si quis autem temerarius contra hoc nostrae confirmationis * preceptum ire temptaverit aut aliquam molestationem inferre * presumpserit et per omnia iam dicta non observaverit⁶, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem camere nostrae et medietatem predictis canonicis suisque successoribus. Quod ut verius credatur et diligentius ab omnibus observetur, sigillo nostro impresius⁷ iussimus insigniri.

II. Diplom Heinrichs V. — Stumpf Reg. 3221.

Urkunde in Diplomform aus dem 12. Jh. im Kapitelarchiv zu Bologna mit der Signatur B. 1. n. 1. (A).

Die Uebereinstimmungen mit n. 1 sind durch Petitdruck kenntlich gemacht.

(C.) § In nomine sancte et individue trinitas⁸. Heinrichus filius secundi Heinrichi imperatoris divina favente clementia rex. Condecet culmen regiminis nostri iuxta modum predecessorum dominorum regum omnibus regalem⁹ § aulam querentibus humilitate ex ipsa presidium saluberrimum exhibere et nostre eos munificentie beneficio sublevare. Idcirco omnium sancte dei ecclesie fidelium nostrorum scilicet presentium ac futurorum noverit industria, quoniam interventeu⁸ coniugis nostre Matildis Gislardum archipresbiterum et Albertum vicedominum cunctosque canonicos sancte Bononiensis ecclesie regulariter viventes cum omnibus rebus et possessionibus illorum per singula loca et territoria constitutis seu cum liberis hominibus servis et ancillis utriusque sexus vel libellariis seu residentibus diversisque

1) Barbarolo, Gmd. Loiano, Prov. Bologna. 2) s corr. aus x.
 3) 'illi' A. 4) 'ti' auf Rasur. 5) m corr. aus 'co'. 6) 'ob' vielleicht nachträglich eingefügt. 7) A. = H. II. 519. 8) A. 9) Nicht sicher, ob der Schnörkel über dem letzten e auch das Abk.-Zeichen ersetzen sollte.